LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 73v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

Videlicet uti ipse & dei filius: qui per salomonem sapientissimum regem
diuino spiritu plenum loquutus est ea: que subiicimus: Deus condidit
me in initio viarum suarum in operi sua ante secula fundauit me:
In principio antq̃ terram faceret: anteq̃ abyssos constitueret: prius q̃ pro
cederent fontes aquarum antequam montes collesq̃ genuit me dominus: fecit re
giones & fines inhabitabiles sub celo: Cum pararet celum aderam illi: &
cum se ceueret suam sedem: cum sup ventos faceret validas nubes: & cum
confirmatos ponebat montes sub celo: Qñ fortia faciebat fundamenta ter
re: eram penes illum disponens: Ego eram: cui adgaudebat: Quotidie autem
iocũdabar ante faciem eius cum letaretur orbe pfecto: Idcirco autem illum
Trisingistus ΟΗΜΟΙ ουρανοῦ τοῦ ὑψίστου Et sibilla ὁμ βουλου appellat:
q̃ tanta sapientia & uirtute sit instructus a deo patre ut consilio eius
& manibus uteretur in fabricatione mundi:-

Fortasse aliquis quaerit hoc loco: qui sit iste tam potens tam deo
carus: & quod nomen habeat cui prima natiuitas non modo
antecesserit mundum: verum & prudentia disposuerit:
uirtute construxerit: primum scire nos conueniet nomen eius ne angelis qdem
notum esse: qui morantur in celo. sed ipi soli ac deo patri: nec. ante id pub
licabitur: ut est sanctis litis traditum: q̃ dispositio dei fuerit impleta: De
inde nec enũciari posse hominis ore sicut Hermes docet hoc dicens: ait

Sed q̃ uis nomen eius: quod ei a principio pater summus impoluit: nul
lus alius preter ipsum sciat: habet tamen & uti angelos aliud voca
bulum & inter homines aliud: Jesus quippe inter homines nouit.
Nam xpistus non proprium nomen est: sed ꝓcipitio potestatis &